Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8209
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Et rami mei honoris et gratie ego germinabo in aetherem
ut oriet lux in mediis et sicut nebula tenebit omnes terrae ego in altissimis habitavi et
thronus meus in columna nubis circuivi caelum et profundum abyssi penetravi et in fluc-
tibus maris ambulavi et in omni terra steti et in
omni populo et in omnibus gentibus primatum habui et
omnium excelsorum et humilium corda virtute tal-
cavi Et in omnibus requiem quaesivi et in hereditate
eius morabor Tunc praecepit et dixit mihi cre-
ator omnium et qui creavit me requievit in tabe-
naculo meo et dixit mihi In Iacob habita
et in israel hereditare et in electis meis mitte
radices Ab initio et ante saecula creata sum et
usque ad futurum non desinam et in habitatione sancta
coram ipso ministravi et sic in sion firmata
sum et in ciuitate sanctificata similiter requievi et
in Iherusalem potestas mea et radicavi in populo
honorificato et in parte dei mei hereditas illius
et in plenitudine sanctorum detentio mea et ex-
quasi cedrus exaltata sum in libano et qui
platanus iuxta aquam in platea et
in platanus exaltata sum iuxta
aquam Sicut platanus et balsa-
mum aromatizans odorem dedi quasi mirra
electa dedi suauitatem odoris et ego quasi terebin-
thus extendi ramos meos et rami mei

Loco h sapie